



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Testamentum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

potest contraria consuetudo, quæ sublata videtur nouo iure. *Conc. Trid. sess. 23. cap. 23. de reform. Ita Tolet. lib. 1. cap. 71. Quidquid dixerit Nau. c. 27. nu. 241.*

*\*Vide Sayr. nu. 23. l. c. Nau. c. 25. nu. 71.*

20 Ordinatus illegitimè post matrimonium ratum est suspensus ab Ordine, officio, & beneficio, si manet in seculo.

*Suspicio, vide Iudicium temerarium.*

TABELLIO, VIDE

*Iudiciales actus.*

TEMPVS.

1. **T**empus longum dicitur decem annorum, longissimum triginta.
2. Tempus statutum à iure ad aliquid, in dubio oportet sit continuum.

*Testamentum, vide Clericus, Donatio,*

*Fiscus, Hereditas.*

1. **T**estari non potest Religiosus professus, nec filius familias, nisi de peculio castrensi, aut quasi castrensi: non autem de adventitio sine patris consensu, nisi sit Clericus etiam solum primæ tonsuræ: in eo enim adventitium est quasi castrense. Nec pupillus, nisi doli capax, & confirmans iuramento: nec bello iusto captiuus, nec obses apud infideles. Nec ad mortem præsens damnatus, nec deportatus, nisi ad pias causas, possunt. Nec manifestus.

Bb 7

nifestus.

nifestus vsurarius, nisi præstita cautione; sed eius ad pias causas valebunt legata, si decessit pœnitens. Nec vxor, nisi ad pias causas, si sit statutum, quod non possit testari sine cōsensu viri: quamquam tale statutum communitè reprobatur; nec enim statuto, aut consuetudine prohiberi potest, ne quis testetur sine alterius consensu. Nec damnatus ad perpetuum carcerem: nec cæcus sine octo testibus, *Vide infra.*

\* De testamentis multa *Conar. t. 1. Mol. à dist. 124.*

\* Nec filius } *Vide Conar. 3. p. rub. de testam. nu. 8. & 28. & citatos ab eo n. 27. Syl. Testamentum. 1. nu. 3. 4.*

Nec ad mortem } *Vide Conar. l. cit. Mol. dist. 9. col. 2.*

Nec manifestus } potest tamen donare causa mortis. *Conar. l. c. num. 11.*

2 Bona per testamentum prohibita alienari, non confiscantur ob delictum.

\* *Vide Mol. d. 9. col. 64. vbi de vsufructu.*

3 Relicta in testamento minus solemnè, licitè possidentur, etiamsi solis verbis factum sit; sufficit enim constare de voluntate testatoris; non tamen ea tenetur dare hæres ab intestato, etsi quidam putant teneri.

\* Relicta } *Bannes præamb. ad q. 62. 2. 2. Syl. Hereditas. 7. Innoc. & Pan. ab ipso Bannes citati. vide Salon q. 5. de Dominio ar. 4. vide Hereditas 32. contractus nu. 1.* Etsi

Etsi quidam } *Couar. Reg. Peccatum. 2. p. §. 3.*  
 & *c. cum effes. de testa. n. 10.* vbi multa pro vtra-  
 que parte, neque peccat agens contra testa-  
 mentū carens solēuitate. *Id. 16 contra Panor.*

4 Testamentum, & omnis vltima dispositio  
 ad pias causas, valet sine solemnitate iuris, &  
 sine institutione hæredis, & valet quātum ad  
 legata pia: imò secundū quosdā etiā non pia:  
 sufficiuntque in eo duo testes, etiam non ro-  
 gati, etiā feminae, vel scriptura ipsi⁹ testatoris.

\* Duo testes } *Cou. c. Relatum. 1. de testa. n. 8. Syl.*  
*l. c. nu. 5. & 5. & 7.*

Fœminæ } *Couar. l. c. nu. 5.*

Scriptura } ipsius testatoris manu descri-  
 pta, *Couar. l. c. nu. 12.*

5 Per secundum testamentum non solemne  
 ad pias causas, reuocatur prius solemne ad  
 causas. \* *Syl. l. c. nu. 7. vers. Quartum.*

6 Testamentum nuncupatiuum fit sola vo-  
 ce, nominando hæredem coram septem testi-  
 bus rogatis.

\* *Vide Mol. d. 126. Couar. c. cum effes. l. c. Syl. l. c.*  
*n. 1. Fum. nu. 4.*

7 Commodè fit testamentum, scribendo  
 quoduis, & clausum dando Iudici coram se-  
 ptem testibus signandum, testando illam esse  
 suam vltimam voluntatem.

\* *Vide Couar. l. c. n. 1 l. hac consultissima. & l. in-*  
*bemus. C. de testam. vide Fu. nu. 5.*

8 In testamento parentum etiam cœcorum:  
 inter

inter liberos, & horum descendentes, etiam per foeminam sufficit declarare suam voluntatem coram duobus testibus: etiam non rogatis, etiam foeminis.

*\*Syl.l.c.n.3. vers. Octavo.*

9 In testamento quouis apertè scripto sufficiunt quinque testes, vel tres cum Notario.

*\*Vide Couar.l.c.ex iure regio.*

10 Martis testamentum filios naturales; & spurios minus solemne, valet.

11 Patris testamentum inter liberos, ab eo solo scriptum, aut subscriptum valet, etiam quo ad pia legata.

*\*l.Consultissima citata. §. ex imperfecto.*

Ad pias, vide Syl.l.c.nu.5. in fine.

12 In testamento, cum difficile est habere septem testes, sufficiunt quinque: item si fiat ab habitante communiter ruri.

*\*Vide l.fi.C.de testa.Syl.l.c.n.5.*

13 Sufficit testari coram Principe, aut Iudice, & duobus testibus. *\*Vide l.Omnium.C.de testa.*

14 Sufficiunt duo testes, si coram eis haeres promisit testatori se eius voluntatem seruaturum.

15 Testamentū coram Prælato, & duobus testibus valere vbiq; quidam aiunt, alij solū in terris Ecclesiæ subiectis, & rebus Fori Ecclesiastici, & ad pias causas: sufficiunt verò testes etiam foeminæ, modo puberes, & pro Curato duo testes. Idemq; quidam censent.  
de Cle.

de Clerici, vel Nouitij testamento, et si alij negent. Vide infra.

\*Coram *Vide Couar. l. c. n. 2. Syl. l. c. n. 5. Fum. vers. eod. n. 7.*

Fœminæ *16. n. 14.*

16 Testamentum minus solemne valet, vt codicillus, si habet requisita ad codicillum, & testator dixit se velle, vt valeret meliori modo quo posset; quod omnes, etiam si non dicant, communiter volunt.

\**Vide Syl. l. c. n. 11. l. codicillis. §. si. ff. de legat. Fū. num. 15.*

17 Ad codicillum sufficiunt quinque testes, etiam non rogati, etiam fœminæ, (quod si sit inter liberos, aut milites in bello, sufficiunt duo:) in codicillo tamen cœci, sicut in testamento requiruntur septem testes, cum Tabellione, vel aliquo eius loco.

\**l. vlt. c. de codicillis, Syl. l. c. num. 2. vers.*

Sexto.

18 Codicillus valet etiam factus ante testamentum, nisi id repugnet.

\**Vide §. Non tantum. Instit. de codicil.*

19 Testamentū nō potest fieri solo nutu, nisi sit militis, aut ad pias causas: at donatio causa mortis, & legatum, & fideicommissum potest.

\**Vide Abb. in c. cum tibi. de testam. n. 5. & l. Nutu ff. de legat. 3. Mol. d. 127. docet testamentum solo nutu factum valere in foro conscientiae, si constet, talem fuisse testatoris voluntatem.*

Pias.

Pias causas } *Cou. c. cum tibi. de testa. nu. 3. 6.*  
 20 Clericus potest testari, secundum quosdam, vt miles in bello, scilicet, cum duobus testibus rogatis, etiam foeminis: quidam tamen negant.

\*De clerici testamento, vide *Couar. l. cum in officijs de testa. c. Quia nos. nu. 6. vide c. Relatum de test.*

21 Ingressus Religionem, potest testari sine Iuris solemnitate, secundum quosdam: etsi alij negent.

22 Non potest in testamento testis esse seruus, nec haeres, aut is, in cuius iste est potestate, vt pater, aut auus, nec filius: nec incapax testamenti testatoris, vt spurius; nec haereticus, nec intestabilis Iure, &c. nec foemina, nisi in quibusdam casibus, vt tempore pestis. Vide supra; & *Foemina*. At Legatarius, & Commissarius, & Tabellio possunt.

\*Quid de testibus adhibendis in testamento iura tradiderint, lege *Syluest. l. c. num. 5. Fum. nu. 8.*

Foemina } neque ciuili, neque canonico iure *Couar. c. cum esses, de testam. nu. 14.*

23 Statutum disponens circa testamentum, comprehendit etiam forenses ibi testantes, & bona, vbicunq; existant.

\*Iason in *l. cunctos populos. C. de summo Trin. c. fide Cath. nu. 40. vide Barth. 16. n. 42.*

24 Statutum quod non valeat vltima volun-

tas nisi registrata, non habet locum ad pias causas.

25 Testamentum est nullum, si non instituatur descendentes, aut his deficientibus, ascendentes, nisi reddatur causa, cur non instituantur (legata tamen, & fideicommissa valent) aut sit testamentum militis, aut Clerici, aut Religionem ingressi.

\*Vide Syl. l. c. n. 10. Abb. in c. Quia nos. de testa. num. 4.

26 Exhæredari vel præteriri in testamento potest filius, si vult, modò non sit in præiudicium filiorum eius: si tamen est minor, & notabiliter læditur, conceditur restitutio. Item ob ingratitudinem, nisi cum patre in gratiam rediisset, aut pœnituisset ante conditum testamentum, aut esset Religionem ingressus.

\*Covar. c. Rainaldus. de testa. §. n. 2.

Item } Con. c. Raynutius. de test. in princ. à n. 8.

Rediisset } 16. nu. 17. 18.

Religionem } 16. nu. 20.

In testamento autè exprimenda est causa exhæredationis; quæ petente filio testamentum rescindi, probanda est, 16. n. 5.

27 Filius institutus in minori parte legitima, potest petere eius supplementum. Potest quidem pater inæqualiter filij bona relinquere, sed non priuare legitima.

\*Covar. l. c. §. 1. nu. 7. Syl. vers. Legitima num. 8.

vide

vide l. *Omnimodo. l. parentibus. authen. nouis. C. de inoff. testam.*

28 Testator potest iubere, vt hæredes ad tempus maneant in communitate bonorum, sed non vt semper.

29 Filijs naturalibus potest pater in testamento vnicam relinquere: id est, duodecimam partem bonorum, simul cum matre; & deficientibus legitimis descendens, vel his sine fraude consentientibus, illos hæredes instituire, relicta tamen legitima ascendens: At spurio nihil potest à patre in testamento relinquere, secundum ius Ciuile (at secundum Canonicum potest illi alimenta relinquere, & filij dotem si egent) sed executor testamenti potest ei aliquid dare. Spurius tamen filius legitimus, vel naturalis potest ab auo institui.

\* At spurio? Vide *Salon q. 5. de dominio art. 5. An filij.*

At secundum canonicum? *Couar. in 4. Decret. p. 2. c. 6. §. 8. n. 15. Vide vers. Filius. n. 10.*

30 Testamentum fratris rumpit frater, & soror ex eodem patre, si ille instituit infamem, nisi instituat in aliqua solum parte, aut illi in eum fuissent ingrati.

\* Vide l. *Fratres. & ibi Barth. C. de inoff. test.*

31 Si quis dixerit in testamento, vt fiat quod dixerit Confessor, tantum huic credendum, quantum verissimile est testatorem ei mandasse.

32 In dubio credendū est testatorem id voluisse, quod si adesset, interrogatus dixisset.

33 Testamento potest derogare ob vtilitatem publicam Papa, & supremus loci Princeps. Potest & Episcopus cum consensu executorum conuertere in maiorem publicam necessitatem, quod in minorem erat relictū; item quod non potest commodè fieri, in aliud conuertere.

\* *Couar. c. cum tut. de testa. nu. 9.*

34 Qui iurauit non reuocare testamentum, si reuocet, esse periurum, quidam aiunt; alij negant; illud certum, valere reuocationem.

\* Si testamentum iuratum nihil iniquum contineat, irreuocabile esse, docet *Specu. de instrum. edit. Host. de sepult. Bald. l. 1. de sacrosan. eccles. Barthol. in l. si quis. ff. de legatis. at Couar. 2. p. rubr. de test. num. 15. cum Ioan. And. Fel. Archid. Anch.* dicet, valere reuocationem, sed esse periurium. *Salon l. c. pag. 152.* dicit iniquum testamentum sine periurio reuocari posse: idemque dicit de iusto, sed imperfecto, dum iusta causa reuocandi intercedit: nā si nulla sit causa, vel si sit iustum, perfectumque, validè reuocatur, sed non sine periurio.

35 Si quis vi, aut errore disposuit, voluitque nihilominus ita fieri, valet dispositio.

36 Non dicitur disposuisse, qui voluit dispo- nere, sed fuit impeditus.

37 **Conditio in testamento, Si non nupserit**  
in ca

in ea quæ nunquam nupsit: item: Si non intrabit in Religionem: habetur pro non adiecta.

*\*Vide citatos vers. Legatum. n. 35.*

38 Professio Religiosis non rumpit testamentum prius factum.

39 Publicatio testamenti laici non facti causa pietatis debet fieri apud Iudicem sæcularẽ, etiamsi Clericus instituat hæres.

40 Ille, cuius arbitrio relicta bona distribuenda, debet dare pijs operibus.

41 Prohibitio testatoris ne Episcopus aut Iudex executorem compellat, aut ne iura habeant locum in suo testamento, non valet.

*\*Covar. in c. cum tua. de testa.*

43 Capitulum Sede vacante potest compellere executorem, & si negligat, exequi testamentum. *\*Covar. c. Ioannes, de testam. nu. 2. Pano. 16. Mol. d. 250. in fine.*

De executoribus multa *Sylu. Testamentum 2. n. 1. 2. & inde.*

Fœmina potest esse executrix *Covar. c. cum tua. de testa. nu. 3. Syl. l. c. n. 1.*

45 Notabilis mora in executione testamenti est mortalis. *\*Vide l. n. 9.*

44 Executor testamenti potest esse qui excedit decimumseptimum annum, modo nõ sit, aut Franciscanus (prohibitum enim ei iure) aut mutus, aut surd<sup>9</sup>, aut prodig<sup>9</sup>. *Syl. l. c. n. 1*

Prohibitum? *Clem. exiui. de verb. sign. Alij Reli.*

Religiosi debent petere veniam à Prælato, vt  
executores esse possint. *Couar. l. c. n. 1.*

45 Præmium relictum duobus executoribus,  
si vnus non vult exequi, habebit alter.

46 Duorum executorum altero mortuo, vel  
nolente, vel longè absente, alter exequetur.

\**Syl. l. c. n. 5. videc. Religiosus. §. Sane. de testa. in 6*

47 Cum dicitur intra tantum tempus à mor-  
te defuncti aliquid faciendum, intelligitur à  
die scientiæ, & aditæ hæreditatis, secundum  
quosdam. \**Syl. l. c. n. 6.*

48 Officium executoris non transit ad hæ-  
redem, nisi fortè re non integra, sed ad succes-  
sorem Prælati transit, si est data executio no-  
mine dignitatis, & non personæ. \**Syl. l. c. n. 4.*

49 Potest Episcopus, & Iudex subditum cõ-  
pellere ex qui testamentum.

\**Couar. c. si hæredes. de testa. n. 1. 4. Nau. conf. 9.*  
*de empt. & vendit. n. 6. lib 3. vide Mol. d. 250.*

Addit. ¶ Si conijciatur probabiliter, aut scia-  
tur testatoris volūtas, dum verba dubia sunt,  
ea est in vtroque foro amplectenda. *Syl. Le-  
gatum. 1. q. 5.*

Testamentum minus solemne, causa pie-  
tatis præcipuè conditum, valet etiam quoad  
alia nō causa pietatis relictæ. *Cou. c. relatum 1.*  
*de testa n. 2.*

Iusta testatoris voluntas obligat in consci-  
entia sub pecc. mor.

Non seruans testatoris præceptum exco-  
muni-

municari potest. *Nau. conf. 9. de empt. & vend. l. 3. n. 6. Couar. in c. si heredes. de testa.*

Iusta lex ferri potest, quæ filios, inuitis parentibus, sine causa matrimonia celebrantes hæreditate priuet. *Sot. d. 29. q. 1. artic. 4. vide Nau. c. 14. Mol. d. 176. nu. 15. & c. 26. n. 35. Cord. q. 171. Salon l. c. pag. 158. Alij concedentes filios sic contrahentes mortiferè peccare, negant, posse exhæredari, Cou. in 4. decre. p. 2. c. 3. §. 8. nu. 5. Panor. Fely. Alex. Dec. Palud. 4. d. 28. q. 2. Syl. lex q. 15. Veracrux in spec. coniug. p. 3. ar. 20. Vide Sanchez lib. 4. d. 24. Mol. & Salon l. c. Cord. q. 17. Lopez p. 1. c. 54.*

Synodus Trid. sess. 24. c. 9. de reform. anathematizat impediētes, ne liberè matrimonia contrahantur.

*Testis, vide Fœmina, Iudiciales actus.*

1. **T**Esti vni in re magni momenti, si est fide dignus, potes quidem credere, sed nō teneris. Aliquando tamen vnus testis probat, vt cum nulli sit præiudicium, vt quod quis sit baptizatus, quod Ecclesia consecrata; vel cum impediendum peccatum, vt matrimonij illiciti; vel de consensu partium, vel cum quis dicit se confessum, vel de eius licentia Cōfessor pœnitentem esse emendatum, &c.

\*De testibus multa *Bannes ad 2. 2. q. 7. art. 1. 2. 3. Salon ibid. Sot. l. 5. q. 7. Val. t. 3. d. 5. q. 14. D. Thom. 2. 2. q. 70.*

Quædam